

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersio ag  
cum fonte primo

Interim cum Ierosolimitanis habitat Iebuseus.  
Interim in orto patrisfamilias simul sunt saliuunca  
et abies, urtica et mirtus;  
in grege Iacob animalia alba et nigra, agni et hedi;  
in rethe Petri pisces boni et mali;  
in archa Noe animalia munda et immunda;  
in agro Domini lilia inter spinas, zizania inter spicas;  
in area Domini granum cum palea;  
in cella Christi uinum cum agresta,  
oleum cum amurcha.  
Nostrum non est quemquam iudicare.  
Nouit enim Dominus que sunt eius.

Cumque futuri sunt primi nouissimi et nouissimi primi.  
Nos enim  
precedere potest ad uitam quem nouissimum reputamus.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Interim autem cum Hierosolymitis habitat Jebusaeus.  
Interim in horto patrisfamilias simul sunt saliuunca  
et abies, urtica et myrtus.  
In grege Iacob animalia alba et nigra, agni et hoedi.  
In reti Petri pisces boni et mali.  
In arca Noe animalia munda et immunda.  
In agro Domini lilia inter spinas, et zizania inter spicas.  
In arca Domini granum cum palea.  
In cella Christi uinum cum acinis,  
oleum cum amurca.  
Non est nostrum aliquem iudicare:  
novit enim Dominus, qui sunt ejus.  
(2. Tim. 2:19).  
Consulo igitur, frater, et exhortor in Christo,  
ut cessemus a verbis etiam ad rem non pertinentibus:  
cumque futuri sint primi nouissimi, et nouissimi primi  
(Mat. 20:16), credo, quod vos  
praecedet ad uitam, quem nouissimum reputatis.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 45 (PL 207, col.132C-D).